

erat, revertebatur. Quod omnino contemptum magistratus prae se ferebat, poenisque coercendum gravioribus erat. Multa namque cum παρηστα, & impudentia profitebatur, nec magistrorum se sententiam, nec territorium illud eierat, cum propriis liberis & uxorem, tum quia recitare ea verba amplius non posset, siue voluntas tua. Ita Otrius, in Ann. Anab. p. 221.

S XXVI. *M. STEPHANVS GRVNIVS* in urbe & Ecclesia Wormatiensi, munere sacro defunctus est. Suspectus de Weigelianismo, comite Senatore primario, Giesam abire debuit, ibique cum Theologis sententias suas conferre. Factum id est, per triduum, & eo quidem cum successu, ut Grunius, Wormatiam redux, solenniter retractaret. Sed non multo post, ad vomitum rediit, magnasque dedit turbas, dum devolutus ab officio, aedibus, quas dicunt, parochialibus, cedere nollet. Totam illam Historiam literis ad Balthasarem Meisnerum, Anno cccc XXIV. d. VI. Aug. datis, complexus est Balthas. Menzerus. Non ingratum erit literas Menzeri hic apponere, quas pro suo in rem literariam affectu, benevole nobiscum communicavit, Vir omni encomio maior, Celeberrimus Dn. D. WERNSDORFIVS.

Salutem & Officia.

Reverende admodum, clarissime spectaculissimeque Dn. D. Fautor, Cons
pater & in Christo Frater plurimum honovande.
*M. Stephanus Grunius Weigelianus turbaverat ecclesiam Wormatiensem: mitrebatur ante annum ad nos Gissam, comite senatore prima-
rio, ubi instituta totius tridui collatione tantum, Deo largiente,
proficiebat, ut reversus domum solenniter revocarit. Nunc, ut
canis rediit ad vomitum. Removetur ab officio decreto senatus.
Recusat ex aedibus parochialibus discedere, provocans ad com-
missionem a Caesare impetratam. Senatus minus illis terretur.
Executio suspenditur. Symmystae a nobis petunt consilium, si forte
a senatu Grunius recipiatur, quid sibi agendum. Ereximus no-
strorum amicos presentes, ne in officio suo fideliter faciendo segniter
evadant. Patronorum favore fatus Grunius detrectat obedientiam
praetare senatu. Multorum animi suspensi expectant causae ex-
eum. In vicinia illa Weigeliani plures exemplo hoc successum suum*

effigie